









CONSTITUTIONATA POLITICA  
DE  
LIBERTATE MAJESTATIS  
PAPAE  
M. CASPARE ALEXANDRI  
SACRAMENTUM HENNINGUS I. M. P.  
in Anno 1709  
L. P. M. P.





D. O. M. A.

Dn JEREMIAE REUSNERI Jcti

Celeberrimi,

Ventilationis Successionis Le-

gitimæ,

DISPUTATIO PRIMA,

DE

# SUCCESSIONE DESCENDENTIUM,

*Quam*

*Consentiente Magnificæ & Nobilissimæ Facultate Juridicâ in illustri*

*Academia Witteberge*

PRÆSIDE

DAVIDE CICHORIO

LUSATO J. V. D.

*Placida eruditorum ventilationi subjicit*

MARTINUS ALEMAN

Saxo Patr. Madeb.

*In auditorio Jureconsultorum*

*ad d. Junii*



WITTEBERGÆ

Typis Viduæ Johannis Haken.

29  
3/



Dr. J. J. ...  
Venerabilis ...

SUCCESIONE  
DISCRETUM

DAVIDE CICHORIO  
LEONARDI ...

...





DN. JEREMIAE REUSNERI Jcti

Celeberrimi,

Ventilationis Successionis Legitimæ

DISPUTATIONEM PRIMAM,

DE

SUCCESSIONE DESCENDENTIUM,

sub Præsidio

DAVIDIS CICHORII LUSAT.

J. V. D.

Publicè propugnabit

MARTINUS ALEMAN Magdeburg. Sax.

*Proœmium.*

**I**NTER MODOS DOMINII ACQUIRENDI VNIVERSALES, principem locum tenet hereditas sive successio. arg. §. fin, inst. de us. & habit §. fin, §. per quas pers. cuiq; acq & t. t, Inst. de testā. ord. cū seqq. usq; ad fin. Lib. 2. ad quā admittitur quis vel iudicio defuncti vel successione necessitate. l. 1. §. nō solūz, ff. ut legat. seu. fideicō. serv. caus. cav. d. §. f. J, per. quas pers. cuiq; acq. *Illæ testamentaria, hæc legitima proprie nominatur.* l. ea vero 3. §. de illo. 2. ff. pro soc. l. quod autem, 6. §. proinde. 2. ff. quæ in fraud. cred. l. 1. i. iunct. l. veluti. 7. ff. de pet. heredit. *Nec refert, quod in l. per familiæ. 2. pr ff. fam. l. creisc. sex enumerentur successionis species : cum illæ omnes ad hæc duo genera facile referri possint.* Dixi autem PROPRIE: nam lege obvenire hereditatem non inproprie quis dixerit, & eam, qua ex testamento defertur, quia lege 12. tabb. testamentaria hereditates confirmantur l. lege. 130. ubi Gōdd. n. 3. & 4. de V. S. Val. Fōrft. L. 1. de succession. c. 17. *Alii aliter hanc rem explicant,* 1. de vide Fachin. 6. contr. 41. Pinell. ad l. 2. C. de bon. matern. Alciat. 4. Paradoxa-

A

radox. 7. Bellon. 3. supput. 7. & Forst, d. loc. c. 16. & 18. Hanc, quia nſic  
quotidiana, & utilitatē maxima, plenius quodammodo ad exemplū  
ſ. Cti Pauli in l. legavi. 25. ff. de liber, leg. attingemus, poſt defini-  
tionem & diſiſionem quinq; illos vulgatos ſuccedendi ordines, nimi-  
rum. 1. Deſcendentium. 2. Aſcendentium. 3. Collateralium. 4. Conjugū  
5. Fiſci, ſequentibus diſp. explicaturi.

## THESIS I

**S**UMMA LEGITIMÆ SUCCESSIONIS  
diſiſo eſt hæc, quod quædam ſit Civilis, quædam Prætoria  
arg. pr. Inſt. de bon. poſſ. CIVILIS eſt, quæ ex ſolo  
jure civili, id eſt, ex legibus, plebiſcitis, Senatus conſultis,  
decretis Principum, & auctoritate prudentum: PRÆTORIA  
quæ ex iurisdictione Prætorum, ſeu jure honoratio nobis defer-  
tur. arg. ſ. emancipati. 9. Inſt. de heredit. qua. ab intef. t. t. Inſt. de bon.  
poſſ. l. jus autem. 7. ff. de J. & J. II.

Nos hac ſepoſitâ, de illâ in præſentiarum. Quam definimus:  
Jus Succeedendi in Hereditate ab intef. t. t. Competens.

III.

Dd. communiter in hujus definitione, generis loco ponunt  
vocabulum ACQUISITIONIS Vulr. 1. Jurispr. Rom. 74. Treutl. vol. 2.  
diſp. 16. t. b. 1, lit. D. & alij. quod mihi adæquatū non videtur.

IV.

Etenim hereditatis acquiſitio, nihil aliud eſt, quam delatæ  
jam hereditatis ſuſceptio, pro heredum qualitate & differentia  
ſ. ſin. & r. t. 7. de hered. qual. & diſſ. l. ſicut. 4. C. de repud. hered. l. ſi quis.  
20. ſ. 1. l. neminem. 27. l. quamdiu. 69. ff. de acquir. hered. l. puberem. 12.  
C. de jur. de lib. Goth. in Rubr. ibid. lit. E. Duar. ad tit. ff. de acqu. hered.  
c. 1. atque ſic actus ſuccedentis. V.

Poteſt autem quis habere legitimam ſucceſſionem, etiam ſi  
non æquirit hereditatem, puta ſi intra annum transmissionis  
decedat, l. cum in antiquioribus 19. C. de jure deliberandi.

VI.

Deinde actus ille tum primum exiſtit, cum ſucceditur. ſ. ſin.  
Inſt. de hered. qual. & diſſ. Hæc ſucceſſio multo plerumque ante l.  
delata. 151. ff. de V. S.

Tan-

## VII.

Tandē actus ille est factum *l. potuit. 5. C. de Jur. de lib. l. pro hered. 20. pr. ff. de acquir. hered.* Hæc successio est jus, & quidem Jus SUC-  
CEDENDI sive successio, ut habet definitio, & comprobatur *l. fin. ff. de suis & legit. l. servus. 3. §. qui fideicom. 3. ff. de hered. inst. l. Pomponius. 13. §. quasitum. 4. ff. de acquir. poss. l. fin. §. cum autē. 3. v. successio. C. de legit. hered. l. 2. in pr. C. si omiss. caus. testam. l. bonorum. 208. de V. S. & pass.*

## VIII

Non placet etiam, quod. Valq. in *prafat. de successio. creat. n. 9.* huic successioni applicat definitionem hereditatis jacentis, traditam a Gajo in *l. nihil est aliud. 24. ff. de V. S. & Juliano in l. hereditas 62 de R. J.* cum illa jus sit universum, quod defunctus habuit, atque sit respiciens personam non futuri heredis, sed defuncti §. *servus etiam. 2. inst. de hered. inst.* hæc vero jus sive titulus succedēdi, a jure civili vel prætorio inductus, heredi futuro statim à morte intestati competens. §. *1. in f. Inst. de legit. agnat. success.*

## IX

Sanè vocatur etiam hereditas interdum successio, *l. mater. 19. ff. de inoff. test. l. aufertur. 46. pr. ff. de jur. fisc. l. quotiens. 10. C. famil. cr. cisc. l. ut debitum. 5. C. de hereditar. act. l. 2. C. unde legitim. l. consanguinitatis. 3. C. de legit. hered. & alibi: verum id respectu hereditatis jacentis improprie fieri, nemini puto esse dubium,*

## X

Addidi autem in definitione: IN HEREDITATE, quibus verbis excluduntur bonorum possessiones, seu successio prætoriam. Prætor enim ipso jure heredem facere non potest. §. *quos autem. 2. Inst. de bon. poss.* Unde etiam bonorum possessoribus, vel in eorundem dantur actiones directæ *l. 2. ff. de possess. hered. pet. l. 2. ff. de fideicom. hered. pet.* sed utiles, quas Ulpian. in *fragm. tit. 28. §. 12. fictitias vocat.*

## XI

Plane quoad effectū cōmodi & incommodi, hereditatis appellatione bonorū quoque possessio cōtinetur. *l. hereditatis. 138. de V. S. & Prætor bonorum possessorem heredis loco in omni causa habet l. prætor. 117. de R. I. adde l. 19. §. 2. de condit. & demonstr. l. 1. §. 7. ad SC. Trebell. Donel. 7. comment. 14. Val. Forst. d. L. 1. c. 5.*

## XII

## XII.

Deinde excluduntur his verbis modi succedendi per universitatem inter vivos, qualis est acquisitio per arrogationem. *l. i. Inst. de acquif. per arrogat.* Successio quæ fiebat per bonorum venditiones, & per SCtum Claudianum. *l. i. Inst. de success. sublat. qua fiebat per bon. vend. viventis enim nulla est hereditas l. i. ff. de hered. vel. act. vend. Donel. 7. comm. 4. in pr.*

## XIII

AB INTESTATO COMPETENS, habet definitio. Id quod quatuor modis accidere dicit Imp. pr. *Inst. de heredit. qua ab int. i. Ubi omnino nullum factum testamentum. 2. ubi non jure factum. 3. ubi ruptum irritumve factum est. 4. ubi ex eo nemo heres extitit. Adde intestatus. 64. ff. de V. S.*

## XIV

De pupillis, furiosis, prodigis &c. hoc loco quæri potest, an illi etiam intestati dicendi sint? Sane quod ita vocentur in legibus, ex *l. omnem. 6. C. ad SC Tertul. l. sciant. 10. C. de legitim. hered. l. pater filium 14. §. ult. ff. ad l. Falc. l. 27. C. de testament. l. 4. §. 3. ff. qui pet. tut. l. 2. §. si mater ff. ad SC Tertull.* apparet

## XV.

Verū cū nō potuerint testamētū facere, propriè intestati nō sūt inquit Ulp. in *l. l. in pr. ff. de suis & legit. l. si repudiaverit. 2. §. si quis decesserit. 3. ff. unde legit.*

## XVI

Sed tamen quia leges etiam hoc nominis ad illos extendunt non immerito & nos illos pro intestatis habebimus, etsi de statuti forsan municipalis interpretatione laboremus. Vid. *Forst. d. L. r. c. 4. Hoenon. Disp. 12, tb. 1. Treutl. vol 2. disp. 16. tb. 1. lit. A.*

## XVII

Defertur autem hæc successio nobis vel ex ratione Naturali, sanguinis nimirum & proximitatis jure: vel civili, & a Legibus inducto aliquo titulo. Vult *Lib. 1. Jurispr. Rom. 74.*

## XVIII

Illa iterum vel primaria vel secundaria. Primaria, quæ primario & naturali mortalitatis ordine competit domesticis heribus Vult. *d. loc.*

## XIX.

Tales autem sunt LIBERI: unde primus ordo Descendentium Nov 118. in *prefat.* illos enim & naturalis ratio, & commune parentum vocum ad hereditatem vocat. *l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnat. l. scripto ff. unde lib.* Et de JLLIS in hac *dispat.* prima

## XX

Sunt autem descendentes Legitimi vel Illegitimi, N. 74. c. 1. & N. 89. c. 1. Legitimi sunt vel naturâ tales, vel jure l. non nudis. 14. C. de probat

## XXI

Natura Legitimi sunt, qui ex justis nuptiis procreati pr. inst. de patr. pot. l. nam civium. 4. l. filium. 56. ff. de his qui sunt sui vel al.

## XXII.

Talis est etiam is qui septimo mense nascitur l. septimo. 12. ff. de stat. hom. Paul. 5. sentent. 9. ubi Cujac, Treutl. vol. 1. disp. 2. th. 5. lit. E.

## XXIII.

Nec aliud reperitur dispositum Jure Saxonico. Textus enim Lib. 1. Landrecht art 36. loquitur de eo, der zu vnrechtes zeit/ oder zu früe geboren ist/ qualis non est, qui septimo mense editus est, per dict. & ea quæ habet Beust. ad. tit. de Jurejur. pag. 139. n. 36. & Ambr. Schurer, de hereditab intest. tit. 5. pag. 40.

## XXIV.

Quod multo magis de eo, qui octavo mense nascitur, dicendum, adeo ut rumpat etiam testamentum, licet statim decesserit l. 2. & 3. C. de pos. hum. hered. Inst. Treutl. d. th. 5. lit. E.

xxv Consentit Jus Saxonicum feudale Lehnrecht cap. 21.

Wann ein Sohn / der nach seines Vaters Tode geboren wird/ so lang lebet / das man seine Stimme gehören mag in den vier Wenden des Hauses, so ist er beerbet mit seines Vaters Lehen das also alle die / zuvor geding vnd anwartung andem Gut hatten daran gebrochen seind Adde Landr. L. 1. art. 33. Dan. Moller. Lib 3. semestr. c. 28.

## XXVI.

De eo tamen, qui post decem menses mortis nascitur, major est dubitatio, quem ad legitimam hereditatem non putamus admittendum esse. l. intestato. 3. S. pen. ff. de suis & legit. l. Gallus. 29. pr. ff. de lib. & posthum. Dissentire videtur Treutl. d. th. 5. lit. F.

xxvii Circa legitimos verò naturales, plurimæ occur-

runt divisiones. Namq; sunt vel primi gradus. ut filii filiarumve; vel secundi, ut nepotes neptesve, & deinceps. Illi 2. nati sunt vel nascituri, id est, posthumi: Qui 3. masculi sunt vel feminæ. Et rursus 4. sui vel emancipati Tandem 5. clerici vel seculares. 6. perfecti vel imperfecti, & similes, de quibus in seqq.

A 3

xxix Sue.

Succedunt itaq̄ hodie Primi Gradus liberi omnes simul, non attentis prioribus distinctionibus, parentibus suis in capita. *N. 118. c. 1. b. e. hereditate in tot æquales partes dividenda, quot personæ reperiuntur. l. post 2. §. hæc hereditas 2 ff. de suis & legit.*  
 XXIX, Dixi HODIE. *post. d. Nov. 118. c. 1.* Olim n. prædicta differentie maximè attendebantur, quod (ut nihil antiquitatis ignoretur) speciatiim explicabimus xxx

Et quidem inter primi gradus liberos, de quibus nobis hic sermo, occurrunt primo loco Posthumi, qui etsi nec veteri nec novo jure excludantur à successione paterna *§. sui autē. 2. in f. Inst. de hered. qua ab intest. l. intestato. 3. §. utiq̄. 9. ff. de suis & legit.* Si tamē secundum gradum liberorum obtinebant, non aliter admittebantur, quam si vivo avo cōcepti fuissent *§. licet. 8. Inst. de hered. qua ab intest. Titius. 6. ff. de suis & legit. l. 1. §. si quis proximior. 8 ff. unde cognati.* xxxi

Hodie tamen, ubi non jure suitatis, sed sanguinis & proximitatis successio æstimatur, illud discrimen procul dubio non attenditur, sed potius jure representationis admittendi sunt, cum & illorum ex avo deducatur propagatio, *arg. l. ult. ff. de rit. nupt. §. l. 195. §. 2 v. communi ff. de V. S. Gerhardus Decad. 11. th. 3.*

xxxii De jure quoq̄; Saxonico expeditum est, posthumos tam in allodialibus Landr. *L. 1. art. 33.* quam in feudis succedere. *Lehenr. c. 20. Ambr. Schurer. tr. de success. ab intest. tit. de descend. success. reg. spec. 1. ampl. 8.* xxxiii

Illud videtur speciale esse, quod posthumi natiuitas probanda sit quatuor viris & duabus mulieribus, quæ parturienti præsto fuerunt *Landr. d. art. 33. Reinhard. part. 6. diff. 23.* cum jure civili certus testium numerus hoc in casu non sit præfixitus. Standum itaque regulæ *l. ubi numerus. 12. ff. de testib.* Veram nec in Saxonia hoc ita strictè servari tradit *Schneidew. ad §. septima. n. 10 I sit de bon. poss. cum sufficere possit testimonium mulierum, quæ tempore partus interfuerunt, quando alii testes haberi nequeunt.*

xxxiv. Succedit differentia ratione Sexus, Et quidem matri lege 12 tabb. nec filie succedere poterant. *Inst. de Scto Tertyll licet prætor eos tercio ordine post agnatos, ex capite Unde cognati vocabat. pr. Quod deinde Scto Orphitiano mutatum, quo liber ad bon-*

ad bona matrum indestatarum videntur *In pr. Inst. de SCTo Orphic*  
*l. 1. in pr. ff. de leg. 7. c. eod* xxxv

Verum hoc SCTum ad primi tantum gradus liberos pertinebat: nepotes enim & nepres ex principalibus constitutionibus demum hoc jus acceperant §. *sed cum 1. Inst. d. t. quod Nov. 118. c. 1.* confirmatum est. xxxvi

Sane jure Mosaico filii in hereditate excluderent filias. *Num. 27 v. 8.* ubi ita inquit Jehova: Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam ejus transibit hereditas. Et v. 11. eritq hoc filiis Israel sanctum lege perpetua. xxxvii

Ad quod proxime accedit jus nostrum feudale, quippe quod filias & feminas cum suis descendentes regulariter in feudis excludit. *c. 1. de nat. success. feud. 2. Feud. 50. c. 1. §. 5. quia vidimus. 1. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. §. filia vero. 2. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. de success. frat. 2. F. 11. c. quemad feud. ad. fil. 1. F. 24. c. 1. §. fin. de invest. de re al. fact. 2. F. 8.* xxxviii

Concordat jus feudale Saxonicum. *Lehenr. c. 2. Pfaffenund Frawen &c. Die sollen Lehenrechts darben. add. c. 6. §. c. 21. Ambr. Schur. d. loc. tit. 9. ubi rationes adfert.* xxxix

Dixi autem REGULARITER hoc procedere: sunt enim plures casus ubi adhuc in feudis admittuntur feminæ, quos vide apud Schurer. *d. tit. 9. & Först. L. 4. de success. c. 23. u. 48. & seqq.* xxxix. Similem quandam differentiam, licet non tantam, introduxit jus Saxonicum, in pecunia ab homicidâ vel delinquente, poenæ nomine soluta, vulgo *Mangelt* & in rebus expedioris ac ut in filiis. xl

Nam quod pecuniam illam attinet, possuat illam soli filii capere, & post hos reliqui agnati, non filii & cognati interfecti. *gl. Landr. L. 3. art. 45. n. 4. Nisi agnatis non extantibus, vel necem defuncti non vindicantibus: tamen enim cognati mortem defuncti vindicantes, illam omnino consequerentur. Dan. Moller ad const. Elect. 11. part. 4. n. 5. vel nisi eadem cum reliqua hereditate esset cõsula: tunc enim ejusdem juris in divisione censenda esset* xli. Res Expedioris das Heergewette / similiter ad solos filios equestris ordinis, die von Ritter Sart senn / pertinet, ita ut major natu gladiu præcipuû habeat. *Landrecht L. 1. art. 22. ubi explicatur*

cur quid pertineat ad res expeditorias. *Et cod. L. art. 27. Lib. 3. art. 15*  
& *Weichbildt art. 25.* adde *Kotschitz in tr. von der Mittgiffte/ Leib-*  
*geding & c. a Jac. Schult. edito art. 22. n. 1. & seqq.*

XLII. An vero & plebei expeditorias transmittant quæstionis  
est? Et quidam pro negativa textus est manifestus *d. L. 1. Land-*  
*recht art. 27. Welcher Mann von Rittersart nicht ist/ vnd des Heer*  
*schilbes nicht hat/ der lesse nach sich allein Erbe zunemen wenn er ge-*  
*stirbt/ vnd kein Heergewette. Sed de consuetudine alicubi inductū*  
*est, ut rusticus, qui agros habent proprios optimum equum, ad res*  
*expeditorias transmittat. gl. in d. art. 27. & ibi not. ad marg.*

XLIII. Interdum tamen confundantur res expeditoriæ cum bo-  
nis hereditariis, si nimirum distrahantur, & in pecuniam redi-  
gantur. *Zobel, in addit. ad d. art. 22. L. 1. Landr. lit. H. Kotschitz d. art.*  
*22. n. 9*

XLV.

Utensilia verò (vulgò die *Gerade/* quasi *Gerche* im Hause *d.*  
*Weichb art. 23. in pr. & gl. Landr. L. 1. art. 24. in pr. ad quam*  
*quid pertineat tradit Kotschitz. in d. tr. art. 11. & seqq. Zobel.*  
*part. 3. diff. 2. 3) & filiar, post illas proximæ cognatæ, die neheste*  
*Mistel oder Gespinne/ exclusis masculis præcipiunt, & in reli-*  
*qua hereditate filiis partem faciunt. gl. in Weichb. art. 23. in pr. n.*  
*2. Landr. L. 1. art. 27. & l. 3. art. 15. inf. Kotschitz d. tr. art. 14.*

XLVI.

Et si enim textus *d. L. 1. Landr. art. 17.* filias à parentum succes-  
sione filiis extantibus plane excludat: Ille tamen correctus est  
*per art. subseq. 27. & æquitatem juris communis, ut ad d. art. 17.*  
*notat Zobel. lit. D*

XLVII.

Adeò autem masculi *Gerada* incapaces sunt, ut si nullæ ad-  
sint cognatæ, ad fiscum illa deferatur. *Landr. L. 1. art. 28. junct. gl*  
*lat. ad text, Germ. lit. B. Landr. L. 2. art. 31. & art. 37. Weichb. art.*  
*59.*

XLIX.

Generale enim est, ut boni vacantia ad fiscum transferantur  
*l. vacantia 4. C. de bon. vacant. L. 10.* *Gerada* autem vacantibus  
bonis tum annumeratur, si nulla super sit cognata, e tiam si agna-  
ti & filii extant. *Zobel ad. art. 20. lit. A. Lib. 1. Landr. & cod. L. 1.*  
*art. 27. lit. C. gl. in. Weichb. art. 23. n. 38.*

XLIX.

Hic



Hic tamen excipiendus est Clericus, qui unâ cum sorore in partem Geradae maternae admittitur *L. 1. Landr. art. 5. 8. der Pfaff nimpt gleichen Theil. Weichb. art. 57. 8. wer auch in den Gewehren. & gl. fin. Weichb. art. 23. L.*

Clericus autem qualis hic intelligatur, tradit text *in d. art. 5. ib.* Man mag aber keinen Mann achten vor einen Pfaffen / er sey dann gelehrt vnd zum Pfaffen geweyhet / vnd mit einer Blatten gezeichnet / ehe dann ihm die Gerade anstirbet. Scabini tamen Lipsenses, illud jus hodie ad Sacardotes etiam Evangelicos extendunt, *in suis resolut. quest. 119. LI.*

De ratione specialitatis hic videndum, *Gl. in Landr. l. 1. art. 5. in verb. der Pfaff. n. 7. & gl. in Weichb. art. 57. n. 20.* hanc assignat. Dann die ganze Welt geneust ihres Gebets / quae desumpta est ex *Nov. 6. in prefat. LII.*

Verum cum haec nimis sit generalis, nec directio concludens, alia & quidem specialior, erit danda. Illa vero habetur. *in gl. nov. d. art. 5. lit. L.* quod Clericus aq; ac filia rerum expeditoriarum sit incapax, Ne itaq; inaequalitas Legibus inimica hoc loco orietur, Clerico propter paritatem rationis cum filia aditum ad Geradam est factus, *Gl. in Landr. L. 3. art. 15. n. 4. & gl. in Weichb. art. 25. n. 2. LIII.*

Quod autem Clerici incapaces sint rerum expeditoriarum, inde videtur descendere, quod sicut nec jure feudali communi, ita nec Saxonico ad feudi successorem admittantur, ut habebimus *infr. th. 7 2. & seqq. LIV.*

Idque vel inde constare potest, quod Clericus qui habet beneficium Ecclesiasticum, der eine Prebende oder Geistlich Lehen hat / non aliter in Gerada succedat, quam si sororem non habeat. *Landr. L. 1. art. 5. in f. ubi gl. lit. L. LV.*

Rationem hujus rei addit *gl. d. L. 1. Landr. art. 17. hanc:* Denn sie haben ihren Heerschild mit der Pfaffheit niedergeleget. Cui si jam addatur text. *eod. L. art. 27. ib.* vnd des Heerschildes nit hat / apparebit, opinor, ad oculum, incapacitatem rerum expeditoriarum hoc privilegii Clericis concessisse, *conf. c. eos qui semel. 20. q. 3.*

Cum itaq; militare, & in expeditione versari non possint, merito etiam ipsis denegantur res expeditoria, ut pote quæ eam ob causam concedi solcant. *Lehenrecht. c. 56. n. 8. ib. vñd darumb nemen die Manne. Weichb. art. 25. in text. & gl. Landr. L. 1. art. 27. ubi gl. ib. So sol die Frawe zu Heergewette. & ib. Welch Mann.*

## LVII,

Succedunt itaq; filia in Geradâ æqualiter, si non sint emancipata. Illa enim quæ adhuc in domo est non compellitur dividere utensilia matris cū emancipata. *Landr. L. 1. art. 5. Die Tochter so in dem Hause geblieben ist vnvergeben/ theilet nicht ihrer Mutter Gerade/ mit der Schwester/ die ausgeradet vñd vergeben ist.*

## LIX.

Quod tamen cum hac restrictione accipiendum, quando filia elocata, tantundem consecuta est, quantum altera non emancipata, vel si nupta acquievit & renunciavit. *Landr. L. 1. art. 13. vers. hetten sie auch. Schurer, de success. descend. tit. 9. pag. 143.*

## LIX.

Si secus, & dotata geradam suam cum innupta sorore conferre parata est, admittitur ad Geradæ participationem. *Zob. ad d. art. 5. lit. F. & in addit. ad Gl. ibid. n. 6. ubi hoc consuetudine approbatum dicit. Et ita Lipsenses pronunciat. Zob. ad d. art. 13. lit. D.*

## LX.

Non obstat *Gl. in Weichb. art. 94. n. 7.* ubi generaliter loquitur, nec inter dotatas & indotatas distinguit. Illa enim generalitas per textus nostros specialiores facile restringitur. *l. in tota. ff. de R. I.* Licet Magdeburgenses precise secundum illam pronunciet, *Zob. in addit. ad gl. ordin. d. art. 13. v. Nota Das in diesem fall.*

## LXI.

Illud commune habent utensilia cum rebus expeditoriis & alijs hereditariis mobilibus, ut si intra annum & diem post trigesimum non petantur, præscribantur Jure Saxonico. *Landr. L. 1. art. 28.*

## LXII.

Unde est, quod filia quæ in bonis non remansit, si geradam intra prædictum tempus post matris obitum à patre non postulaverit, neq; de jure suo prætestata sit, amplius eam petere non possit.

possit. Zob. ad d. art. 28. lit. C. vers. nota in super. per ea quæ habentur  
in pr. art. 44. L. 2. Landr. & Weichb. art. 21.

LXIII.

Hodie tamen aliter pronunciarî solere testatur Dan. Moll. L.  
2. Semestr. c. 6. n. 3. nim quod filiz potius ob reverentiam pater-  
nâ geradam non petiisse & tacuisse præsumantur, & propterea  
annuo illo silentio sibi non præjudicent.

LXIV.

Eatenus autem bona illa Geradz nomen & naturam retinent,  
quatenus in pecuniam redacta non fuerint: nam si hoc factum,  
non filiabus tantum & cognatis debentur, sed ad omnes here-  
des æqualiter pertinent. Zob ad art. 24. L. 1. Landr lit. Q. & eod L.  
art. 15 lit. A. Gl in weichb. art. 23. n. 13. & seqq.

LXV.

Inter Suos quoq; & Emancipatos magna olim differentia. Sui  
n. ipso jure heredes fiebant. § sui art. 2, cum seq. Inst. de hered. qua  
ab intest. Emancipati autem jure civili nihil juris habeant in bonis  
parentis naturalis, sed tamen jure prætorio ad bonorum posse-  
ssionem, Unde liberi, vocabantur. § emancipati 9 §. nimis. ii. d. 2.

LXVI.

Cum autem jura sanguinis nullo jure civili mutari pos-  
sint, meritò Imp. in d. N. 118. c. 4. hanc differentiam sustulit, adeò  
ut emancipati hodie pro cognatis amplius non habeantur, &  
proinde nec in successione feudali obstat illis regula. c. 1. v. proles  
nim. tit. de success. frat. 2. F. 11. Vult. 1. F. 9. n. 89.

LXVII. Non discrepat hæc in parte Jus Saxonicum, dummodò  
acceptam partem mobilium mediante juramento emancipatus  
côferat. Landr. L. 1. art. 13. Nec videntur obstare text. Weichb. art  
57. & art. 63. Loquitur enim uterq; indeterminatè & generaliter:  
proinde, ut vitetur jurium contrarietas, commedè intelligi po-  
test de filiis qui vel renunciarunt hereditati paternæ, vel con-  
ferre detrectant. secund. gl. in d. art. 57. n. 16. & 18. & d. art. 63. n. 3.  
vid. Schuret. d. loc. reg. spec. 1. lim. 2.

LXVIII

Duplici autem modo emancipatio Jure Saxon. procedit: 1,  
fiat coram judice pro tribunali sedente, ut habetur Landr. L. 2.

B 2

art. 16.

art. 19. Der Vater mag den Sohn wol von ihm sondern/mit seht-  
was seines Gutes/ vor Gericht/ das der Sohn annemen wil/ wie  
wenig es auch sey: eum tamen jure civili non requiratur de ne-  
cessitate, ut in loco judicii emancipatio perficiatur, §. *præterea, ubi*  
*dd. Inst. quit. mod. jus patr. pot. solv.*

Lxix. Deinde si liberi pubertatis annos egressi, & à patre se-  
parati, seorsim habitare incipiant. Da sich Kinder so zu ihren  
mundigen Jahren kommen/ von dem Vater mit anstellung ihrer  
eigenen Haushaltung vnnnd Nahrung/scheiden/ ut loquitur Au-  
gustus E. ector *const. 10. part. 2. ubi Moller. conf. Landr. Lib. 1. art.*  
*11. & 13.*

Lxx. De Clericis superius quid dictum, Illud hic addendum,  
clericos nequaquam repelli à successione parentum. *l. Deo nobis,*  
*56. §. hoc etiam. 1. C. de Episc. & Cleric. licet monasterium ingressi*  
*omnia eidem acquirant, nec quicquam sibi retineant. Aut in-*  
*gressi C. de SS. Escl. Nov. 5. c. 5.*

Lxxi. Excipiuntur Monachi ordinis Minoritarum. Die Bar-  
füßer Bettel münche/ & Franciscani, qui ne quidem ad monaste-  
rium bona parentum transferunt. Vide Schurer. *de success. fisci-*  
*tit. 17. ampl. 3. & de success. descend. reg. spec. 1. ampl. 11.*

Lxxii. Jus etiam Saxonicum locum Clericis facit in successio-  
nib. *Landr. L. 1. art. 5. ib.* Der Pfaff nimpt gleichen Theil mit der  
Schwester/ in der Mutter Erbe/ vnnnd gleichen Theil mit dem  
Brüder an eigen vnnnd an Erbe. *Monachos autem removet. d. L.*  
*1. art. 25. ubi gl. & Zobel. in addit.*

Lxxiii. Jura verò feudalia Clericis denegant successionem,  
*c. 1. in f. de feud. femin. c. 1. de vassal. mil. qui arm. dep. c. 1. §. qui cle-*  
*ricus. 1. si de feud. def. cont. c. 1. in f. an mut vel. al. in perf. c. 1. clericatus*  
*feud. amit. propter rationem can. placuit. 21. q. 3. in dd. cc. assignatam.*  
*Vult. 1. Feud. 9. n. 67. pag. 462. & seqq.*

Lxxiv. Nec in diversam abit Jus feudale Saxonicum. *Landr. L.*  
*1. art. 25.* Begibt sich ein Mann zum mönchleben/ der zu seinen  
Jahren kommen ist/ er hat sich von Landrecht vnnnd Lehenrecht  
geleget/ vnnnd seine Lehen sind dem Herrn ledig. Et *Lehenr. cap. 2.*  
*Pfaffen vnnnd Frauen &c. die sollen Lehenrechts darben. Reinhar.*

*part. 3.*

part. 3. diff. 21. Ampliationes & limitationes hujus regulæ vide ap. Forst. L. 4. de success. c. 23. n. 33. & seqq.

LXXV. Contrarium tamen placuit Electori Augusto part. 3. const. 28. ex earatione, quod servire per substitutes possint: Monachis etiam, qui votis renuntiantes monasteriis excesserunt idem jus cõcesit: etsi in his terris de illis laborandum non sit, cum nulli amplius sub jurisdictione domus Saxonice monachi reperiantur, ut ad d. const. notavit Møller. n. 3.

LXXVI. De LIBERIS IMPERFECTIS major oritur dubitatio. Admonendi autem sumus, monstrosos hic nequaquã attendendos esse, cum illi qui contra formam humani generis converso more procreantur, liberi non sint, ex sententia Pauli in l. non sunt liberi. 14. ff. de stat. hom. nec testamentum rumpant. l. quod certatũ. 3. C. de posthum. hered. inst. Cui contrarium non est id, quod scribit Ulpian. in l. quæret. 135. ff. de V. S. ut monstrat A-tum. D. Pant. 1. tb. 14.

LXXVII. In reliquis itaque, qui in partibus tantum minus principalibus excessum vel defectum patiuntur, hæc constituenda est regula, quod jure nostro civili à successione non excludantur. Nam cum Justin in d. N. 118. nullam inter liberos faciat differentiam omnes procul dubio, qui hoc nomine gaudent, ab ipso vocatos esse existimandum est. Confirmant hanc regulam l. 1. & 2. de bon. poss. furios. infant. l. ult. S. tali. C. de curat. furios. l. humanitatis. ubi Ang. C. de impub. & al. subst.

LXXVIII. Continentur autem sub ista regulâ HERMAPHRODITI sive Androgyni: illi enim pro hominibus rectissime habentur. l. queritur. 10. ff. de stat. hom. Nam & secundum qualitatem sexus incalescentis in testimonium adhiberi. l. repetundarum. 15. §. 1. ff. de testib. & heredes instituere possunt. l. sed est. 6. §. fin. ff. de lib. & posthum.

LXXIX. Eadem distinctio jure feudali civili servatur, ut si hermaphroditus magis in sexum foemineum quam masculinum incalescat, à feudi successione arcendus sit: Sin contra, admit-tendus. Rosenthal de feud. c. 7. concl. 72. Schrad. de feud. p. 7. c. 5. n. 18. Vulr. L. I. F. 9. n. 61. pag. 471.

LXXX Deinde pertinent ad hanc regulam NANI SIVE PUMILIONES,

MILIONES, CLAUDI, LEPROSI, MENTE CAPTI, FURIOSI,  
MUTI, SURTI, CæCI ET SIMILES IMPERFECTI, qui jure ci-  
vili in allodialibus quidem non excluduntur, propter traditam  
jam rationem; in feudalibus tamen arcentur à feudorum suc-  
cessionem, acquisita tamen nō amittunt, ut post longam disputa-  
tionem concludit Vult. *L. 1. feud. c. 9. n. 64. pag. 48.* & seq. Conf.  
Forst. *L. 4. de success. c. 23. n. 61* LXXXI.

De jure Saxonico duplex hic oritur inspectio, una circa feu-  
dalia, altera circa allodialia. In feudalibus eadem quæ jam ex  
Vultejo data est, adhibenda videtur esse distinctio, ut feudum se-  
mel agnitum imperfecti non amittant, nondum verò acquisitū  
non accipiant, Idq; per text. *Landr. L. 1. art. 4. & text. junct. gl.  
Lehenrecht. c. 30. inf.* LXXXII.

Schur. verò *de success. descend. p. 130.* inter vitium na-  
turale & accidentale, simulq; inter feudū paternū, & novū  
distinguit, ut vitium quidem naturale tantū, removeat à paterno;  
à novo verò feudo utrumq; excludat. *pr. gl. Lehenrecht. c. 5. n. 7.*  
cum quo sentit. *Moll. L. 3. semestr. c. 34.* addens, gratiam a Do-  
mino volente talib. fieri posse, etiam agnatis reclamantibus,  
idq; in aula Electoris Saxonie aliquoties à se observatum esse:  
quod mihi omni videtur carere dubio, cum domini tantum hic  
vertatur præjudicium

LXXXIII.

Circa allodialia res admodum intricata est. Interpretibus  
cum Glossa, & Gl. cum textu pugnantibus. Statuit enim. *text d.  
art. 4* supra hermaphroditos, nanos & leprosos nullum descen-  
dere feudum aut hereditatem. Deinde subjicitur: *Wird auch  
ein Kind geboren/ stumm/ sinn oder wisslos/ oder blind oder sonst  
unvollkômlich an seinem Leibe/ das ist wohl erbe zu Landrecht/  
aber nicht zu Lehenrecht.* LXXXIV.

Hinc postquam Gl. n. 2. rationem adsignasset, cur Herma-  
phroditi & nani non succedant in allodiabilibus, idem extendit  
ad surdos, mutos, furiosos &c. contra manifesta *d. art. 4.* verba.  
Hanc deinde secuti sunt *Zob. part. 3. diff. 24.* & Reinhard. *p. 1.  
diff. 47.* alique juris Saxonici Interpp. LXXXV.

Tandem Joh. Daurh. *in copioso suo tr. de testam. tit. de hered.  
instic*

*inst. n. 307.* contrariā hisce omnibus defendit sententiam her-  
maphroditos nimirum, nanos & leprosos æquē ac alios imper-  
fectos ad hereditatem admittendos esse

LXXXVI

Hujus intentionis fundamentum primum desumit ex *Gl. d.*  
*art. 4. n. 2.* in similitudine rationis se fundante, quam ita intelli-  
git, ac si dicat: furiosos, mutos, surdos &c. ipso jure quidem he-  
redes esse posse, licet curatore opus habeant: unde propter ean-  
dem rationem similiter obtinebit in hermaphroditis & pumi-  
lionibus. Præsertim cum hac interpretatione admissa statutum  
hoc quam minimum lædat jus commune.

LXXXVII.

Alterum deducit ex ipso textu. *in verb. Welche dann ihre Er-  
ben sint/ vnd ihre nehesten Freunde/ die sollen sie haben in ihrer  
Pflege.* Nam cum proximores (*infert*) agnati nanorum here-  
des esse possint, ut habuerint antea hereditatem ipsi pumilio-  
nes, necessū est. Deinde quia debent esse curatores, bona certē  
erunt ipsorum nanorum.

LXXXIIX.

Tertiō adducit Schurffii auctoritatem, qui *art. 3. conf. 53.* pro  
virgine quæ mammillis, visu & statura communi destituta fuit,  
in hunc modum consuluit. Immo seipsum nosse casus ait, ubi  
nani & hermaphroditi parentibus in foro Saxonico successerunt.

LXXXIX.

Non quidem vulgaris est hæc interpretatio, quæ tamen dif-  
ficultatibus suis non videtur carere. Nam præterquam quod il-  
le intellectus planè est contra mentem glossæ & textus, nullam  
etiam video rationem, cur hermaphroditis similiter ut furiosis  
curator sit dandus, cum ipsi fortasse rebus suis optimè præesse  
possint: maximè cum propinquiores ex bonis, quæ propter ip-  
sorum incapacitatem consecuti sunt, necessaria ipsis se mini-  
strare jubeantur. In textu Latino, nullā ipsis curā demandatā  
uti plenius in disputationis actu demonstrabimus.

XC.

Qui euid sit, putarem non indignum fuisse hunc casum,  
quem

quem laudatissimus Elector Augustus inter constitutiones suas, quibus ad exemplum Justiniani antiqui juris alterationis placavit, retulisset, eiq; certam normam Electorali auctoritate tribuisset.

XCI.

Verum quia correctus ille textus luculentissimus non reperitur, cur stare prohibeatur *l. precipimus C. de appellat.* Sequamur potius consilium Ulpiani *in l. prospexit. 12. §. 1. ff. qui & a quib. manum.* legem hanc, etsi dura videatur, (ut sunt in Jure Saxónico non pauca) tamen quia ita scripta est, non de illâ, sed secundum illam judicando, observantes, *c. in istis. D. 4.* Nisi forte consuetudo quorundam locorum aliam nobis monstraverit interpretatione, juxta *l. si de interpretatione. 37. ff. de LL.*

XCII

Pertinent huc APOSTATÆ & HÆRETICI, quos tam à testamentariâ, quàm legitimâ successione leges excludunt. *l. bi qui sanctam. 3. C. de apostat. l. Manichæos. 4. §. ipsos quoq; 2. l. cognovimus. 19. in pr. l. ult. C. de heretic. Aut. credentes. cod. & adeo ut illa deferatur vel reliquis liberis, vel proximis agnatis orthodoxis, aut talibus non existentibus, ad fiscum devolvatur. d. l. 4. §. sed nec. 6. l. heretici. 13. l. Manichæi. 15. l. que de Samaritis. 18. §. 1. l. seq. pr. C. de heretic. Nov. 115. c. 338. si quis. 14. v. si autem. usq; ad fin.*

XCIII.

Idem dicendum de FILIIS PERDUELLIUM & REORUM CRIMINIS LÆSÆ MAIESTATIS. §. per contrarium. §. Inst. de hereditate que ab intest. *l. quisquis. 5. C. de l. Jul. majest.* Quo admodum & de illis liberis, qui maximam vel mediam capitis diminutionem passi sunt §. quod autem Inst. de cap. dimin. Schurer. de success. descend. reg. 1. lim 9. §. 2. seqq. De quibus plurib. infr. in success. fisci.

XCIV.

PROSCRIPTORUM vero liberi, etsi olim dimidiam substantiæ paternæ portionem amittebant. *l. 7. ff. l. 10. C. de bon. proscript.* id tamen hodie correctum per N. 134. c. ult. à quo non recedit Saxonicum Jus Landr. *L. 1. art. 38.*

XCIV

Et hætenus quidem liberi primi gradus omnes equaliter succedunt, nisi lex vel consuetudo, primogenitum cæteris præferat ut contingit in Electorali dignitate. Vid. Aut. Bull. Caroli IV

c. 4



ic. 4. de success. Principp. Elect. §. statuimus. Gail. 2. obs. 153. n. 2. & 3.  
Mynl. 3. Obs. 23. Knith. de Saxon. non provoc. jur. Gl. Electorum  
c. 3.

XCVI.

Hic nobiles & elegantes aliquot quaestiones inferere possem,  
si numerum harum pagellarum augere vellem, quas tamen con-  
sultò omitto, cum illas plenè tractet Tiraquel. in tr. de jur. primo-  
gen. & alii relati ab Hillig, ad Denell. 9. comm. 2. lit. C.

XCVII.

SECUNDI verò & ulterioris GRADUS liberi, si soli ac unius ejus-  
demque gradus ac stirpis sunt, ad hereditatem avi vel proavi in  
capita vocantur, id est in viriles portiones, ut explicat l. cum mā-  
cipatus. 13. §. 1. ff. de bon. poss. contr. tabb. l. filium. 5. §. ad eum. 7.  
l. virilis. 8. in pr. ff. de legat. praest. l. 2. C. de suis & legit. l. si libertus  
23. ff. de bon. libert.

XCIX.

Sin verò diversarum sint stirpium, sive unius, sive disparium  
graduum, id est sive soli sint, sive cum patris suis concurrant,  
in stirpes admittuntur, hereditate non in capita, sed secundum  
progenies dividendā. §. cum filius. 6. & §. fin. 1. de heredit. que ab  
intest. l. 2. C. de suis & legit. Nov. 118. c. 7. v. sic tamen.

XCIX

Idq; jure representationis. d. §. 6. v. & quia d. N. 118. c. 1. Cum  
enim ratio naturalis parentū hereditatem liberis addicat. l. cum  
ratio. 7. ff. de bon. damn. Et verò nepotes & alii descendentes aq;  
liberi sint ac filii filiarū. l. liberorum. 220. pr. de V. S. consequens  
est, ut & illis non minus quā parentibus suis avorum vel ma-  
jorum hereditas deferatur, praesertim cum filius sit pars quodam-  
modò corporis paterni. l. cum scimus. 22. in f. C. de agric. & cens.  
Fôrst. L. 4. de success. c. 14.

C

Quod in infinitum, etiam ultra pronepotes extendi, jam du-  
dum obtinuit. per §. ult. l. de hered. que ab intest. junct. l. 10. §. 7. ff.  
de grad. N. 118. c. 1. ib. cujuslibet sexus sint aut gradus, & ib. aut alios  
descendentes. & ib. cujuslibet natura aut gradus Henon. D. Inst.  
12. tb. 2.

CI

Et locum habet hoc jus representationis etiam hodie in  
terris Imperii, propter constitutionem Imperialem promulgatā  
Augusta ab Imp. Maximiliano I. Anno CHRISTI M.D.

C

CII

## CII

Non tantum in allodiis, sed & in feudis, tam jure civili, c. 1. *pro ib. loco sui patris. t. de success. feud. l. 8. c. 1. §. si capitanei. 1. ibid. ex parte filiorum. de feud. march. l. c. 14. l. 1. pr. de success. frat. 2. F. 11. Vult, 1. Feud. 9. n. 170. pag. 550. quàm Saxonico. Gl. Landr. L. 2. art. 58. n. 2. in fin. ibid. Lehenserben sind eines Mannes Söhne / Vaters vnd Eltervaters / & arg. Lehenrecht. c. 32.*

## CIII.

Etsi enim textus c. 6. & c. 21. Lehenr. contrarium velle videatur, dū dicit: Es vererbet niemant kein Lehen auff den andern / ohne der Vater auff den Sohn: ideoque olim nepos nō fuit admittus, nisi habuisset simultaneam investituram: illi tamen textus sine vitio intelligi possunt. de eo casu, ubi nulli extant agnati, vel nepotes, ut not. Zobel. *dd. loc. illisq; per consuetudinem derogatum esse dicit Fachs, diff. 22. & Reinh. diff. 22. p. 3. quæ consuetudo confirmata est ab Elect. Augusto part. 3. const. 29. Vide Schurer. de success. descend. pag. 152. Schneid. ad Inst. de heredit. qua ab incest. Rubr. de success. fil. natural. n. 23.*

## CIV.

In allodialibus quoque hoc jure nihil diversi statuendum: 1. *propt. text. express. Landr. L. 1. art. 5. pr. 2. per gl. in Landr. L. 1. art. 17. n. 2. ubi habetur. casus. 3. per gl. Weichb. art. 63 n. 7.*

## CV.

Non obstat text. d. L. 1. Landr. art. 17. *ib. Wann sich ein Erbe ver schwestert oder verbrüderet / alle die sich gleich nahe zu der Symppe ziehen mögen / di enemen gleichent heil. Loquitur enim de successione collateralium. Gl. ord. ibid. Schneid. d. n. 23. ut & text. d. L. 1. Landr. art. 3. circa fin. ib. Die zwischen dem Nagel vnd dem Heupt &c. Schurer. d. loc. reg. spec. 1. ampl. 4. pag. 65.*

## CVI.

Neq; etiam distinctio facienda est inter mares & foeminae adeo ut in foeminis jus representationis non locum habeat. quod velle videtur d. art. 17. *ib. Vaters vnd Mutters Schwester vnd Bruders Erbe nimpt der Sohn / vnd nicht die Tochter. Illud enim correctum esse dicit Zobel. ib. lit. D. quemadmodum & text. d. L. 1. art. 5. ubi Zobel. lit. E. Schneid. d. loc. n. 15. qui subdit, sententias Magdeburgensium, qui secundum illos textus pronunciare solent, in Aulis Ducum Saxon. & Universitatibus,*  
aliis-

aliisque superioribus judiciis retractari, si ab ipsis appellatum fuerit.

CVII.

Jus etiam Legum Decemvirarum, quo nati ex filia, & reliqui per foeminini sexus personas descendentes, etiam si masculi essent, ab avita hereditate excluderentur. §. *item vetustas*. 15. *Inst. de hereditate qua ab intest.* & Divorum Principum beneficium, talibus personis matris vel aviae portionem tertia parte deminutam concedens d. §. 15. v. *Divi autem*, sublatum est à Justiniano, qui nullam habitam sexus ratione omnibus his personis jus representationis integrum praestitit. §. *fin. cod. t.* Vid. Forst. L. 44. c. 12. n. 7. & seqq.

CIX.

De nepote post avi mortem concepto quid juris, supra *th. 30.* & seq. diximus, illi nimirum hodieque avitam hereditatem applicandam esse. arg. *l. un. C. de his qui ant. apert. tabb. l. si quis filio. 34. C. de inoff. test. l. cum. 19 ff. de Jur. delib.* Reliqui generis nepotes eodem jure censendi sunt, quod de filiis speciatim supra commemoravimus.

CIX.

Limitatione recipiunt haec tenus dicta in liberis Ex DIVERSIS MATRIMONIIS procreatis. Et si enim communi parenti aequaliter succedant liberi utriusque matrimonii: lucra tamen nuptialia parentibus suis data, & quidem paterni liberi paterna, materni vero materna habent praecipua *l. matris. 4. ff. ad SC. Tertull. l. foemina. 3. cum 3 seqq. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 29. Forst. d. L. 4. c. 16. Hillig. ad donel. 9. coment. 2. lit. C. Schurer. d. reg. 1. ampl. 12.*

CX.

Modo unio prolium non sit celebrata, qua cavetur, ut liberi utriusque matrimonii, nullo bonorum habito respectu, aequaliter succedant. vulgo *Die Einindschafft*. quam de jure validam esse probat *Rick. in peculiari tr. de unione prol. c. 3. Gail. 2. Obs. 125. & seq. Hoënon. D. Inst. 12. th. 3.*

CXI.

Haec tenus de legitimis natura: sequuntur LEGITIMI JURE, qui vel ADOPTATI, vel LEGITIMATI, Adoptati sunt vel Adoptati in specie, vel Arrogati. *r. t. Inst. ff. & C. de adopt.*

CXII.

IN SPECIE ADOPTATUR quis vel ab extraneo, vel à parente natural

C 2

turali. ILLE jure veteri succedebat quidem patri adoptivo, non naturali, quamdiu in adoptiva erat familia: Si vero emancipabatur post mortem patris naturalis, ad neutrius parentis successionem admittebatur. §. *at h. no. cum. seq. Inst. de hered. qua ab intest.*

CXIII.

Et licet à Prætorè tertio ordine, unde cognati, ad parentis naturalis bonorum possessionem hoc casu vocabatur. §. *admonendi* 13. d. t. casus tamen facillè eveniebant, quibus adoptatus ab omni planè successione excludebatur. Unde motus Justinianus, constituit, per talem adoptionem filio jura sua quoad patrem naturalem, nullo modo imminuè, sed amplius eum cum reliquis liberis ad patris adoptivi venire successionem §. *sed ea omnia.* 14. d. t. §. 2. l. 5. l. pen. C. de adopt. Schneide W. de success. adopt. Schurer. d. loc. ampl. 14.

CXIV.

Hic ut olim, ita & hodie parenti adoptivo similiter succedit cum pleno jure in ipsius transeat potestatem & per minimam capitis diminutionem familiam mutet. d. §. 14. d. §. 2. §. d. l. p. C. de adopt. §. *sed et si pater.* 3. Inst. quib. mod. ius patr. pot. solv. §. *minima.* 3. Inst. de capit. dimin.

CXV.

Eadem quæ dicta sunt de filio, similiter de filia, nepote, nepote & deinceps personis utriusq; sexus, in sacris patris constitutis exaudienda sunt, ut & illæ parenti succedant, si modò tempore mortis avi sui, parentes eos vel eas non antecedant. d. l. pen. §. *quæ in filio.* 4. neve per emancipationem jura adoptiva fuerint dissoluta. d. l. pen. *sin autem.* 2.

CXVI.

ARROGATI, si cum causæ cognitione non fuerint emancipati (nam si ita emancipentur, bona sua recipiunt) arrogatori non tantum ab intestato succedunt æqualiter, sed et si ex hereditate fuerint, præter bona quæ ad patrem adoptivum transtulerunt, quartam bonorum ipsius ex rescripto D. Pii consequuntur. §. *cū autē.* 3. Inst. de adopt. I. uli. ff. *si quid in fraud. patrō.*

CXVII

Hæc tamen quæ de adoptivis dicta sunt, ad successionem feudalem non pertinet. c. 1. §. *adoptivus.* si de feud. defunct. content. sit. propter rationem quam habet Goth. *ibid.* & eam quæ traditur in c. 1. de frat. de novi. benef. §. c. 1. in pr. de success. feud. Lib. Hatt. *in Analys. I. feud. c. 7. pag. mibi 46.* nisi consuetudo loci vel investitura permittat. Vult. 1. feud. g. n. 99. vel patens naturalis fili-

lium

lium adoptaverit, qui alias succederet. FF. in d. §. adoptivus.  
Schneid. de success. adopt. in f. CXIX

LEGITIMATI triplicis sunt generis: vel enim legitimatur quis  
per subsequens matrimonium, vel per oblationem curiæ, vel per  
rescriptum Principis. §. fin. Inst. de nupt. Nov. 89. c. 9. CXIX

PER SUBSEQUENS MATRIMONIUM (quò referri potest ille  
modus, qui habetur in N. 117. c. 2.) qui legitimati sunt, per omnia  
justis liberis annumerentur, proinde cum illis æqualiter succe-  
dunt. §. sui autem. 2. v. nec non eos. Inst. de hered. quæ ab intest. Nov.  
74. c. 4. §. si vero. 2. l. cum quis. 10. cum seq. C. de natur. lib.

CXX. Etiam Jure Saxonico. Schurer. d. reg. 1. ampl. 13. Schneid. de  
success. filior. nat. & legit. n. 10. Quanquam enim contrarium velle  
videatur art. 37. L. 1. Sandr. ille tamen articulus inter reprobatores  
habetur, ut not. ibid. Zobel. lit. D. CXXI.

Ut & jure feudali. Tanta enim vis est matrimonii; ut etiam  
omnia vitia præcedentia purget. c. tanta. ubi Cc. extra qui fil. sunt  
legit. Quam sententiam licet impugnet Vult. d. L. 1. c. 9. n. 94. il-  
lius tamè argumenta tanti momenti non sunt, ut eam expugnet  
præsertim cum illa præjudicio Cameræ, Myns. 5. Obs. 42. & Con-  
sistoriorum Ducum Saxonie nitatur. Schneid. de feud. p. 6. n. 13.  
Adde Consult. const. Saxon. part. 2. q. 35. ubi Ordinatio provin-  
cialis Elect. Mauriti, quæ contrarium disponere videtur, expli-  
catur, & part. 5. q. 27. CXXII.

Idem dicendum de legitimatis PER OBLATIONEM CURIÆ  
d. §. sui autem. v. quibus connumerari. respectu nimirum succes-  
sionis paternæ. Soli enim genitori fiunt legitimi, non ascen-  
dentibus aut descendentibus, aut agnatis vel cognatis patris. Nov.  
89. c. 3. & 4. Si tamen ab ipso patre curiæ dati fuerint, non si se  
iplos obtulerint. d. Nov. 89. c. 2. in fin. Filie quoque si curialibus  
nubant æque legitimæ efficiuntur, & eadem habent jura quæ  
masculi d. c. 3. in fin. CXXIII

Sed quia hic legitimandi modus ab aula recessit, ideo nec jure  
feudali hoc modo legitimatorum ratio habetur, nisi fortè suc-  
cessionem ipsis tribuere velimus in feudo, ante legitimationem  
à patre factam, acquisito. Vult. d. loc. pag. 540. & Hattys. d. loc.  
pag. 50. CXXIV.

PER RESCRIPTUM PRINCIPIS legitimati (quo pertinet modus  
legitimi-  
C 3)

legitimandi per testamentum, quod à Principe confirmandum.  
*d. N. 89. c. 10.*) tùm de mum succedunt, si nulli extant liberi legiti-  
timi. *d. N. 89. c. 9. in pr. & fin. & c. 11. §. 1. Nov. 74. c. 1. in pr. & c. 2. in  
fin.* Nisi adjecta fuerit à Principe clausula: *Non obstante quod li-  
beri legitimi supersint. arg. l. interdum. 2. & seq. ff. de natal. rest.*  
*Borch. de grad. fol. 204 Gail. 2. Obs. 142. n. 8.* CXXV

In feudo tamen regulariter non succedunt, nisi expressè illo-  
rum facta sit mentio in investitura, vel ad hoc nominatim legi-  
timati sint sive à Domino, sive ab Imperatore, vel alio qui hanc  
ab ipso potestatem habet, ut Comes Palatinus. Nec etiam opus  
est, ut agnatorum consensus in hac legitimatione accedat, sive  
de feudo novo loquamur, sive de paterno. Vid. Vult. *d. loc. pag.*  
*536. & Hattys. d. loc. pag. 51. Schneid. d. loc. n. 9.*

CXXVI.

Et tantum de liberis Legitimis: Sequuntur ILLEGITIMI, qui  
vel Naturales tantum, vel spuri vel incestuosi vel adulterini.

CXXVII.

NATURALES, qui ex concubina procreati. *§ fin. Inst. de nupt*  
*§. 1. v. nec non eos l. de hered. que ab intest. l. 1. C. de concub. c. liberi. 31.*  
*q. 4. r* regulariter patri non succedunt, sed pasci debent à legiti-  
mis secundum substantiæ mensuram à bono viro arbitrata. *N.*  
*89. c. 12. §. ult.* CXXIX:

REGULARITER dico: nam si parens naturalis defunctus fue-  
rit, legitimâ ei omninò sobole non extante, neq; legitimâ cõju-  
ge, duas paternæ substantiæ uncias, cum matre naturali partien-  
das, quanticunq; fuerint filii, consequuntur. *d. c. 12. §. si quis autem*  
*4. in med.* CXIX.

Fallit autem hoc ipsum jure Canonico in filiis Clericorum  
ex concubinâ natis, in quibus concubinatus magis est detestan-  
dus quam in Laicis. *per c. 1. & t. t. extra de cohabit. cleric. & mul. li-*  
*cet dissentiat Matthæ filen. in tr. de success. ab intest. art. 1. membr. 3.*  
*n. 15.* CXXX.

Deinde fallit etiam hoc in liberis naturalibus secundi vel ul-  
terioris gradus. p. nepotibus & pronepotibus. Illi enim sive ex  
filio naturali legitime nascantur *d. Nov. 89. c. 12. in fin. l. ult. in fin*  
*C. de nat. lib.* sive ex filio legitimo naturales existant, ad avi vel  
proavi successionem non admittuntur, *d. l. ult. in pr.*

CXXXI

CXXXI. Matri verò, ut & reliquis per matrem ascendentibus.  
*l. Modestinus. 8. ff. unde cognat cum liberis legitimis succedunt. l. si  
qua illustris 5. in f. C. ad SC. Orfit. §. novissime 3. Inst. eod. l. 2. ff. unde  
cognat. Forst. L. 6. de success. c. 11.*

CXXXII.

Jus equidem Saxonicum omnem videtur tollere successio-  
nem inter matrem & filios naturales atq; spurios, & filio locum  
facere. *Landrecht L. 1. art. 28. & gl. ib. & art. 51. cum. gl. ib. n. 5. Verù  
illi rextus & gl. secundum juris communis dispositionem de na-  
tis ex damnato coitu accipiuntur, ut not. Zobel. ad d. gl. n. 5. art.  
51. ut ita hoc in passu nulla sit differentia inter jus civile & Sa-  
xon. Schurer. d. loc. limit. 5. Schneid. de success. natural. n. 20. Faehs.  
diff. 20.*

CXXXII.

Jus feudale à successione illos omninò repellit, etiam si  
mater haberet feudum foemineum. *c. 1. §. naturales. ubi FF. si de  
feud. def. cont. sit. Vult. d. loc. n. 91. Hattys. d. loc. pag. 34.*

CXXXIV.

SPURII qui & vulgò quæsi. *§. pen. Inst. de nupt. patrem habe-  
re non intelliguntur, cum vel incertus sit. l. quia semper. 5. ff. de in-  
jus voc. vel honeste monstrari non possit. §. vulgo. 4. Inst. de success.  
com. l. si spurius 4. ff. unde cognat.*

CXXXV.

Quæ ratio cum cesset in matre & ascendentibus per ipsam §.  
*novissime. 3. Inst. de SC. Orfit. d. §. 4. & d. l. si spurius. 4. l. ex hac parte. 2.  
ff. unde cognat. cessabit & dispositio, adè ut ipsi cum liberis le-  
gitimis æqualiter succedant, ad. U. l. Modestinus. §. unde cognat. l.  
five. 2. §. 1. ff. ad SC. Tertyll. Coler. decis. 50. qui tamen Utensilia ma-  
tris spuriiis filiabus non deberi recte statuit. decis. 44. ut & Reinh.  
diff. 49. p. 1 & Wefenb. in parat. ff. ad SC. Tertyll. n. 4.*

CXXXVI.

Nisi tamen mater illustris sit, & liberos legitimos, habeat *l. si  
qua illustris 5. C. ad SC. Orfit.* quod utrumq; simul requiritur. *d. l.  
5. ib. ex justis nuptiis procreaverit. & ib. justis liberis existentibus. quo  
tamen casu alendi erunt à legitimis. arg. l. si quis 5. §. ergo. 4. ff. de  
agnosc. & al. lib. & per ea quæ supra de naturalibus dicta sunt.*

CXXXVII.

A feudis autem quia excludantur, nullum est dubium, cum hi  
deterioris sint conditionis quam naturales. *Hattys. d. loc. pag.  
mibi 34.*

CXXXIX.

## CXXXIIX.

INCESTUOSIS ( quos Dd. duplices faciunt, incestuosos in specie, & nefarios: Illos ex complexu inter collaterales & affines: hos inter ascendentes & descendentes in infinitum prohibito, natos dicunt. *gl. in rubr. C. de incest. nupt.* quod tamen discrimen, vix est ut à legibus attendatur. *l. fin. ff. de rit. nupt.* §. ergo non omnes: *Inst. de nupt. Nov. 12. c. 1.*) & ADULTERINIS sive primi sive ulterioris gradus, nec quicquam ex hereditate parentum debetur. *Auth. ex complexu. C. de intest. nupt. N. 74. c. f. N. 89. c. ult.*

## CXXXIX.

Nam & alimenta Jure Justinian. ipsis denegantur. *d. N. 89. c. ult. d. Auth. ex complexu. C. de N. 74. c. fin.* Licet de Jure Canonico contrarium sit dispositum. *c. cum haberet. extra de eo qui dux. in matr.* frustra dissentiente Treutl. *vol. 2. D. 16. tb. 3. lit. G.* Cum tanta sit hujus rei æquitas, ut hoc jus Canon. etiam in Consistoriis Ducum Saxonie observetur, *Beust. in tr. de matrim. c. 60. & Connan 8. comm. 6. n. 5.* de jûris civilis dispositione dubitet,

## CXL

Hic tamen excipiantur illi liberi, qui nati quidem sunt ex damnato coitu, sed ubi matrimonium per errorem contractum cum ea persona cum qua connubium interdictum erat, idq: vel ignorantia facti *l. qui contra C. de intest. nupt.* quod approbat jus Saxon. *Landr. L. 3. art. 28.* vel juris à muliere *l. qui in provincia. 57. §. in libro. 1. ff. de rit. nupt. N. 12. c. 1.*

## CXLI.

Faciunt hoc loco aliqui mentionem filiorum SPIRITUALIUM. *Schneid. de success. fil. spirit.* Verum quia hæc cognatio, secundum Panorm. *in c. tanta. extra qui lib. sint legit.* consistit in spiritu, ideoq: non est extendenda ad bona corporalia, nec proinde ad hanc successionum materiam. Nam, ut inquit *Gl. Landr. L. 1. art. 3. n. 7. nach Schwägerschaft. vnd Gevatterschaft nimpt man kein Erbe/ ext. ad finitatis. 6. C. commun. de success.*

Et tantum de primo succedendi ordine  
nim. Descendentium.





Ad  
Politissimum

**Dn Respondentem,**  
ex antiquissimâ & Nobilissima Alemannorum  
Magdeburgensium familia natum, affinem  
meum dilectum.

*Non genus, aut proavos, & quæ non fecimus ipsi,  
Teque tuamque domum posse beare scias  
Nobilitat tantum virtus, redditque beatum,  
Juris in hanc solam mors habet atra nihil,  
Id quia, amice, studes unum, pergisque dietim;  
Hinc mihi præ reliquis jure Alemannus eris.*

**Michael Wendelerus**

D. & P. P.



**D**as ist recht / so wils Gott haben/  
Frommes Herz / und kluger Sin  
Das du die bescherten Gaben  
Mögst erwecken / werffen hinn  
Was sonst Pfllegt die Welt zu Lieben  
Vnd dich nur in guthen üben.

Schlagen ist / das du nicht achtest /  
Fauwenzimmer lestu gehn /

Weil

Weil du einig dahin trachtest/  
Wie du mögst bey Gott wohl stehen/  
Du beweisse das das die Juristen  
Nicht sind alle böse Christen.

Dier zu Ehren mus ich sagen /  
Das für allen dingend du  
Pflegst die lust zu Gott zu tragen/  
Suchst in seinem Wortte ruh/  
Dier belibe das Musciren  
Noch velmehr das Disputiren.

Dieses blat' ist zeuge dessen  
Glück darzu! fahr also fort/  
Das ist leichtlich zuermessen/  
Du erreichst den Ehrenport.  
Gott wird reichemittel schencken/  
Vnd dein Thun nach wunsche lencken.

Sarna rüstet schon den Wagen/  
Wartet auff die werthe die /  
Deinen Fleiß dahin zu tragen  
Dader güldne Titan früe  
Aus der Thetis Schoß auffstehee/  
Vnd da er zu Bette gehet.


Dieses schriebe seinem guthen  
Freund zu ehren


JOHANN MULLER  
Plavia variscus.

X 2615909

V. 17







M. A.  
REUSNERI Jai

29  
3/

errimi,  
uccessionis Le-  
e,  
IO PRIMA,  
E

# SSIONE ENTIUM,

am  
ssimâ Facultate Juridicâ in illustri  
itteberga

IDE  
CICHORIO

J. V. D.  
entilationi subjiçie

## ALEMAN

. Madeb.  
tureconsultorum  
Junis



ERGÆ  
hannis Haken.